

DISPUTATIO
INAUGURALIS

DE
SUCCESSIONE ET ELECTIONE
REGIA
QUAM

Sub Auspiciis

IMMACULATÆ
VIRGINIS

ET
SANCTI JOANNIS
NEPOMUCENI

EX

Authoritate Venerandæ in Almâ Universi-
tate Coloniensi Facultatis

Juridicæ

PRÆSIDIBUS

Prænobilibus, Clarissimisque Viris ac Dominis,

DOM. ERNESTO SALENTINO
WALTHERO CURTIO J. U. DOCTORE
ET DICTATORE,

NEC NON

D. PETRO DE MONTE J. U. D.

Et Facultatis Fisco, Senatûsque Co-

loniensis Assessore,

Pro consequendis Juris Honoribus

Publicæ Disquisitioni subijcio

JOANNES WILHELMUS SAUR
COLONIENSIS,

Anno 1730. Die 24 Octobris horis locoque consuetis.



Coloniz Typis Hæredum PETRI THEODORI HILDEN,
Cum Privilegio Venerandæ Facultatis Juridicæ.



ILLUSTRISSIMO

A C

EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

FERDINANDO

LEOPOLDO ANTONIO

SACRI ROMANI IMPERII COMITI

A B

HOHENZOLLEREN,

SIEGMARINGEN ET WÖRINGEN.

DYNASTÆ

IN HÄIERLOCH, ET WEHRSTEIN &c.

S. R. I. Camerario Hæreditario. Metropo-

litanæ & Cathedralis Ecclesiarum Colonien-

sis & Argentoratensis, respectivè Sub-Decano,

& Capitulari, Generali Locumtenenti Sa-

trapiarum Oberkirch &c. Serenissimi & Re-

verendissimi Principis Electoris Coloniensis

in Archi - Diœcesi Locumtenenti

& Consiliario Intimo Actuali,

Illustris Equestris Ordinis

S. Michaelis Commen-

datori &c.

Domino ac Patrono meo

Gratiosissimo.



ILLUSTRIS SIM E
E T
EXCELLENTISSIM E
SACRI ROMANI IMPERII
COMES,

Domine ac Patrone Gratosissime &c.



Exigua & tenuia suspiciunt magna & eximia, ut sub his tuto valeant delitescere, atque contra temporum injurias propugnari; Illustrissima EXCELLENTIA Vestra Potentiâ & Patrocinio magna est, & Animi dotibus Eximia, presentes laborum meorum primitiâ autem tenues & exigua; EXCELLENTIAM Vestram itaque devotissimè suspicio, in Gratosissimum opellæ meæ Protectorem submissè eligo, & aternâ Veneratione perenno

Illustrissimæ EXCELLENTIÆ Vestræ

Devotissimus Servus
JOANNES WILHELMUS SAUR.



Introductio præliminaris in Materiam
ubi quoque

DE

*Certamine Prærogativæ, quod Electio-
ni cum successione est, agitur.*



Us ipsum imperandi si spectetur, Monarchiam in Domina- * 1
tum, & Principatum, at Potestatis adipiscendæ ratione
in successoriam, & Electivam rectè dividi omni dubitatione
carere videtur. Uterque enim tam Dominus quàm Rex aut
nascitur aut eligitur. * Sunt quidem Politici, qui Monar- * 2
chiæ constitutionem aliam ordinariam, aliam extraordina-

riam facere contendant, ac ordinariam dicant, quæ vel per Electionem
vel per successionem; Extraordinariam verò quæ per subjectionem popu-
li violentam aut jure belli constituitur, aut cum jure dotis, aut ex pacto,
vel jure fœderis, vel Emprione, Donatione, Cessione & Permutatione
&c. Imperium alicui obvenit, * nihilominus cum per decursum patebit, * 3
tam acquisitionem Regni violentam, quàm quæ dotis vel titulo similiaio
comparantur Imperia, ad successoria Regna commodissimè referri posse,
distinctio illa inter Monarchiæ constitutionem ordinariam & extraordina-
riam superflua mihi videtur. * Successio tum appellatur, cum Princeps * 4
à Principe nascitur, vel libero decedentis arbitrato substituitur. * Electio * 5
est: cum spreto natalium Jure, ex solo suffragio Populi designatur Prin-
ceps. * Num verò Electio subditis ac reipublicæ magis expedit, quam * 6
successio? à multis ventilata, nondum decisa est quæstio. Sunt etenim
qui Electionem: sunt econtra, qui successionem præferunt, sunt deni-
que qui neutram alterâ præstantiorem dicunt, sed consuetudinem, Ra-
tionem statûs, & inclinationem subditorum attendendam esse, statuunt; * 7
Quorum sententiam & ego amplector, diuturnus enim quod firmavit
usus, id observandum omnino, ac præstat reipublicæ, in suo quæ statu
eademque manent, quàm quæ meliora per innovationem inducuntur.

A

Pars



PARS PRIMA

DE

Regnis Successoriis.

DISCURSUS PRIMUS

QVI

Regna in Hæreditaria & in Gentilitia dividit.

- * 1 Successionem Regiam Regulis Jurisprudentiæ Romanæ nullatenus alligari, sed ad normam Successionis, quæ est in feudis, ferè regulari debere ac duplicem qualitatem Gentilitiæ, nimirum & Hæreditariæ habere non immeritò asseritur. * Regnum Gentilitium tùm dicitur, cum legis vel consuetudinis aut Conventionis pactique providentiæ ceteræ personæ non ut Hæredi sed secundum generis prærogativam, continuatione serieque immutabili summa conferatur potestas, ac Regni tunc Hæreditas non Agnationis, sed stirpis familiæque Beneficiæ, & aliquatenus quidem ex gradus ætatis, repræsentationisque præjudicio, propriè autem & absolute ex Jure defertur suitatis. *Horoman. tract. de Controv. P. trui & nepot. passim.*
- * 2 Ex quâ eadem causâ & hic deducitur effectus, quòd in Regnis Gentilitiis, quæ de aditionibus Hæreditatum, & pro Hærede gestionibus in Jure Romano Sancita sunt locum minimè capestant, sed hic, qui ex lege hæres est, statim, cum Princeps moriendo Regnum deserit, ipso Jure saisitus, sive verus evadat Possessor. *Carol. Molina. ad consuet. paris. tit. 1. §. 13. Gl. 2. à pr.*
- * 3 Regnum verò Hæreditarium (cùm de qualitate hæreditaria participare possit secundum magis & minus) ad majorem ejus hæreditaria participare possit secundum magis & minus) ad majorem ejus explanationem in quinque gradus ad similitudinem feudi Hæreditarii juxta quintuplicis generis pacta vel consuetudines divido, ex quo eorum definitionem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 4 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 5 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 6 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 7 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 8 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 9 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 10 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 11 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 12 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 13 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 14 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 15 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- * 16 à primo acquirentem non descendentium. * 2us gradus sit per Pactum vel consuetudinem de Successione Masculorum tam ascendentium quàm Collateralium
- De hoc, Discursu tertio Agam, illum verò subsequens dabit,

DIS-


DISCURSUS SECUNDUS

Qui est

D E

Regali successione qua testamento
defertur.

* **T**Ractaturus de Hæreditate Regiâ, ex testamento qua descendit, extra
dubium esse puto : in Imperio merè & simpliciter Hæreditario
Principem testamento, vel alio simili Elogii genere de Regno suo disponere,
aut Arrogatione vel Adoptione sibi filium facere posse, Regnumque donare,
cessione, permutatione, vel in dotem datione transferri licere. *Moline. ad
conf. paris. §. 13. gl. 3. n. 9 Cabot. 1. disp. c. 10. * Quam sententiam, licet ci-
rati Moline & Cabot. c. 10. & 14. Ita restringant, quod deficientibus demum
liberis, in præjudicium Agnatorum & quorumcunque collateralium de
Regno liberi disponi possit; * Cum nihilominus Regnum absolute & merè
hæreditarium tum solum intelligatur, nulla ubi prorsus lege succedendi ratio
est præscripta : ea proinde ita imperantis arbitrio merito relinquitur, ut ne-
quidem naturalem succedendi ordinem observare cogatur. Ac Peregrinum
(si hac in parte nullæ leges fundamentales obtent) nullis Juris Civilis solenni-
tatibus adhibitis modo de voluntate principis perfectè constet, hæredem no-
minare possit. *Frider. Pruckman in §. soluta potestas cap. 4. membr. 3. effe. 1. fol.
645. * Hactenus dicta tamen non procedunt primo in Regnis hæreditariis
secundum quid saltem quoad primum, adum tertium gradum, in his enim
gradus discursu præcedenti enumeratos omnino attendendos, & secundum eos
Facultatem disponendi metiendam esse assero ad similitudinem feudorum
secundum quid hæreditariorum, * Neque secundo, dicta procedunt in Regnis
gentilitiis, nam in hisce Pater Filium ex hæredem facere, aut suâ Domo
præterita hæredem alium scribere nequit, irritumque reputatur testamentum,
quatenus in Regno legitimo de Regno ejusve administratione Princeps
disposuerit, ac ipso jure rupta est adoptio, legatum fidei commissum, om-
nisque ordinatio defuncti in fraudem legitimi successoris tendens à summo
licet Principe facta. *Moline. ad conf. Paris. §. 13. gl. 3. n. 8. Thyracquel tract. de
primog. Q. 21. * Neque dispositioni in præjudicium legitimi hæredis facta
per auctoritatem ordinum Regni aut Senatûs robor accedere potest, pariter
ut nec ordinatio de feodo etiam domino annuente facta filiis vel agnatis præju-
dicat. *Rosenb. 7. de feud. concl. 4. * Id quod ad Regnum gentilitium noviter
acquistam rectè extenditur, cum illi qui Regnum sub cautionibus, ut genti-
litii jure in coher successio, constituerunt, non modo cum Regeno novo, sed
& ejus posteritate tacitum pactum iniisse videantur.****



DISCURSUS TERTIUS

D E

*Regali Successione ab Intestato &
in specie de Successione
Liberorum.*

- * 1 * **S**uccessionem testamentariam excipit illa, quæ ab intestato defertur. Et quidem vel ex Juris naturæ præcepto, ut liberis & Parentibus, vel ex præsumptâ defuncti voluntate ut collateralibus. *Grot l. 2 c. 7. §. 3. 4. &*
- * 2 *10. n. 2. De Parentibus & Collateralibus infra, * Hic de liberorum successione; non tamen ad normam Juris Romani agendum est, Jure enim Regni non omnes, quamvis gradu pares, succedunt, sed Jura Majestatis universim, omnis imperii vis, omnesque reditus publici, divisione quâ-*
- * 3 *cunque sublata uni tribuuntur. Bodin, 6. de rep. 5. * Et ram in legitimo, quàm hæreditario Regno Jure gentium & more vetusto ita comparatum est, ut ex pluribus filiis Regnum primogenito cedat. Tyraquell. tr. de primogen. Bodin l. c. fol. 729. Harprecht ad tit. Inst. de success. ab Intestato. In pr. n. 102...*
- * 4 *Peregrin. de Jure fisci lib. 1. c. qui Jura fisci, hab. n. 48. * Ita ut ad eum solum quoque pertineant Res mobiles, thesauri, Bombardæ, fructus item pendentes, annui reditus, Jus capiendi feras, quæ in sylvis, vel ruri vagantur, & quæcunque ad publicam provinciam utilitatem sunt destinata, id quod multis rationibus ostendit. Henric. Bocerus de success. feud. cap. 3. Q. 49. & seqq.*
- * 5 ** Incrementa quoque ex accessione aliorum territoriorum provenientia ad natu majorem spectant, modo sint compatible cum imperio, raro enim nisi*
- * 6 *ope Regni que viribus imperium augeri solet. * Primogenitus quis sit? indicat sufficienter etymon vocabuli, is scilicet, qui primus in ordine nascendi est, & naturaliter primogenitus habetur, ante quem nemo est natus, sive alius post eum natus sit, sive non. Molina. ad consult. Paris. §. 13. gl. 1. a. pr.*
- * 7 ** Ita ut primogenitus à nondum Rege natus etiam nato post adeptum Regnum regulariter præferatur. Vid hæc de quest. Tyraqu. de primogen. Q. 31. Molina ad consult. Paris. §. 13. gl. 2. n. 55. Harprecht. ad inst. de succ. ab Intest. in pr. n.*
- * 8 *106. * Si verò duo edantur uno eodemque partu, is, qui primus ex utero prodiit in lucem, quamvis momento temporis alter eum secutus fuerit, prioris ætatis nihilominus gaudebit Jure. Tyraquell. de primogen. Q. 1. n. 8. &*
- * 9 *& Q. 2. * Id quod si in ipsâ nativitate ab obstetrice atque aliis, quæ aderant, personis, incuriosius observatum fuerit. Ita, ut ignoretur, uter duorum filiorum prior sit natus, rem sorte dirimi debere, eademque rationes, quibus in dubio Juris ad Judicium fortunæ recurritur, æquè in incertitudine facti militare puto. * Quod si verò primogenitus ante patrem vitâ excedat relicto fratre natu minore & filio? hunc illi potiore & in successione Regni præferendum, gradu quamvis toto sit remotior, sustineo cum Tyra-*
- * 10 *de primog. Q. 40. Mynsign. 3. obs. 23. Harprecht. tr. de success. ab intest. in pr. n. 74.*
- * 11 *& mult. seqq. Fachinæ. 6. contro. c. 2. * Spem quippe adeò indubiam parit primogenitura, ut natu major illam, ut vocat expectantiam & jus, quod à genere ac familiâ habet, etiam nondum purificatum ad suos Filios transmittat, & cum hæc controversia in electoribus Imp. per A. B. C. 7. in pr. pro filio primogeniti decisa sit, merito idem statuendum erit de aliis Imp. Principibus, feudis dignitatum juxta l. 12. & 13. de L. L. * Jus autem Primogenituræ*

nituræ ab initio semel legitimè introducendum à successore in præjudicium Populi, vel Domini (si Regnum sit feudale) aliis pactis mutari non potest, nequidem cum consensu ordinum vel Domini directi, in ipsorum successorum detrimentum. * Renuntiationem tamen à primogenito in fratris favorem * 13
 verbis discretis vel actu consensum expressum approbante factam valere puto, neque ex tali renuntiatione reliquis fratribus omnibus Regnum ex æquò accrescit, causa enim constitutionis primogenituræ vel sola, vel præcipua est odium periculumque divisionis, quam nec omnium consensu inducere licet. remissivè *Rosenbal. cap. 9. concl. 55. in nov. Lit. A. ad finem* * Primogenito * 14
 itaque totum Regnum capessente reliquis quoque fratribus jus prospiciendum erit, neque juxta morem Barbarorum sunt occidendi aut relegandi, sed iis alimenta statui & dignitati Personæ convenientia sunt assignanda. Ac ferè liberis post genitis vel annuæ pensionationes vel portio quædam certa Regni adscribitur, quam non Regio nomine sed eâ lege teneant, ut ipsis sine liberis masculis decedentibus ad Regnum illa denuo revertatur, * Primogenito * 15
 etiam quodammodo subsunt ceteri fratres, eaque ideo portio omni superiori jurisdictione plerumque caret. * Illud quoque in hac successione inæ * 16
 qualitate usvenit, & in pactis vel statutis Jus primogenituræ constituentibus simul expressè cavendum videtur, ut filii secundogeniti, quamdiu ab hæreditate fuerint suspensi, titulis renuntient Majorum, & minoribus contenti, retento tamen familiæ nomine sortis bonorumque suorum modulo se haud impares vel re: vel nomine gerant. Quæ sanè Juris primogenituræ nota est præcipua, ac omnes Regiæ Ducalésque Familiæ, in quibus illud Jus apud exteros locum habet, manifestè demonstrant. *Tyraquel. de Jur. primog. 7. 33.* * Dicta hæctenus de Successione Primogeniti, quamvis generaliter * 17
 in quocunque Regno Jure consuetudinario generali comprobata, sunt quædam tamen Regna divisioni obnoxia, tam quæ hæreditariam, quam quæ legitimam habent successione, & sunt. Qui ob scandalum & bella rixasque; etiam ubi aliàs non licet, divisionem fieri concedant. *Tyraquel. de primog. Q. 4. n. 60.* * Et quandoque inter fratres dispartendum merito imperium videtur, plura, si id Regna contineat diversa, quæ commodam recipiant divisionem vel locorum intervallis disjuncta, nec sibi ita sint adunita, ut unius Reipublicæ nomen mereantur. *Vid. Boetius. c. 8. fol. 346. & Bodin. 6. de repub. c. 5. n. 736.* * Quomodo verò in Principatu, qui indubitanter aliàs divisioni obnoxius est, Jus Primogenituræ institui queat? non admodum facilis est tractationis, interim Liberorum & Agnatorum Consensum & quidem expressum requiri, nec tacitum sufficere verius est per tradita *Mynsign. Obs. 87. Cent. 4. Tyraquel. de LL. Connubial. gl. 7. in ver. express. n. 8.* * Et hunc consensum assentientium hæredibus post natis omnino præjudicare docet. *Hart. Piss. Lib. 2. Q. 7. n. 42. & seq.* * 19
 * 20



DISCURSUS QUARTUS

D E

Fratribus & ulterioris Gradus Collateralibus aliis.

- * ¹ * **D**eficientibus Liberis, Fratres defuncti succedunt, nisi Regnum de Novo, eaque lege acquisitum sit, ut ad descendentes tantummodo perveniret. * Si verò nec fratres supersunt, tunc in Regno Paterno Jus Agnationis, in Regno verò à Maternâ Lineâ proveniente Proximitas inspicienda erit, ita tamen * ut præterminis ad ordinem linearum à stirpe provenientium attendatur, quot enim Filios Rex aliquis relinquit, tot inde præmanant primogenituræ, ex quibus prior linea, donec durat, succedit, eaque extinctâ vocatur secunda, & sic reliquæ deinceps; ac ita Masculo in primogeniâ linea deficiente, non propinquior superstes ex tertio geniti stirpe surrogatur, sed Regnum illi defertur, qui ex secundo geniti stirpe Gradu antecedit, uno licet Gradu vel pluribus, illo ex tertio geniti lineâ descendente sit remotior. *Anton. Peregrin. Conf. de Success. Reg. suffixo tractatu ejusdem de Jure Eisci.* * Porro licet de Jure Civili infinitatem in reflexâ seu transversâ Lineâ locum non habere vulgo doceant Juris interpretes, atamen successio Regnorum (quæ meri Juris Gentium reputatur) de uno in alium, qui de stirpe Regiâ superest, ultra centesimum & etiam remotiorem Gradum defertur. *Cephal. Conf. 171. num. 35.* * Ac ita *Baldus ad C. 1. de feud. Marchie &c. num. 5.* his scripsit verbis: si in Franciâ tota Domus Regiâ moreretur, & extaret unus de Sanguine antiquo, puta de Domo Borboniæ, & non aliquis proximior esset, esto, quod esset millesimo Gradu, Jure tamen Sanguinis, & perpetuæ Consuetudinis succederet in Regno Francorum.

DISCURSUS QUINTUS

D E

Successione Ascendentium.

- * ¹ * **S**uccessio Ascendentium in Allodialibus quidem latè patet, atamen in Regnis, legitimis præsertim, non secus ac in feudis angustis finibus circumscribitur, rarò enim fieri solet, ut Regnum à filio ad Ascendentes perducatur, id quoniam iis vivis filius non habet, sed vitâ * ² functis demum succedit, nec ad filium nisi mediante Patre defluit. * Cæterum si Filio Principatus fortè obvenit, quem Pater aut alii ex Majoribus habere, ipsi sine prole decedenti Ascendentes ex integro succedunt, Calamitosum enim foret Filio & Regno simul orbari. Econtra si alicui pro se & filiis à Populo Imperium tribuatur nunc primò, Ascendentes his * ³ pactis exclusos prohibitosque censerem. * Et sanè Viduæ Matres Liberis in Regnis

Regnis Gentilitiis, & Paternâ lineâ profectis nullatenus succedunt, id quod vice versâ in Regno à genere Materno ad filium delato obtinere non dubito, itâ, ut pater in eo succedere nequeat.



DISCURSUS SEXTUS

D E

His, qui Successionis Regiæ sunt incapaces.

* **A**bsolutâ tractatione de iis, qui in Regnis succedere possunt, transitum facio ad Successionis Regalis incapaces, & quidem alii sunt incapaces à Naturâ, alii verò ex Lege aut Statuto vel consuetudine, alii denique ex facto eorum proprio, de his agam infra * à Naturâ * 2 prohibentur succedere Furiosi, dementes &c. morbôve fontico, non qui tempore finiatur, laborant, lex enim, vel consuetudo Successionis contra Regni commodum & utilitatem publicam non est interpretaanda, pro cuius utilitate ab initio fuit introducta. *Arg. C. quod favore de R. p. in 610 & L. 25. ff. de LL. hæcque conditio tacite inesse & subintelligi videtur, si non omni ex parte ineptus videatur. * Et licet Regni commodo per Administratorem providi possit, aramen Regnans & Rex actualis requiratur, qualis furiosus & supra numerati esse non possunt, * furor tamen vel alius morbus superveniens Regi actuali, cum à Regno non amoveat, sed unus ex proximioribus ipsi tanquam administrator, pariter ac Regi infanti adjungendus est. * Prodigum autem Regni incapacem esse nego, cum enim nullus de Jure gentium pro prodigo haberi possit, ac qualitas prodigi illo Jure sit incognita, neque ullus adsit, qui prodigum quâ talem declarare possit, interim tamen ipsi administratorem ab ordinibus Regni adungi posse puto. * Ex lege, statuto, vel consuetudine gentium incapaces sunt Regni primò: fœminæ regulariter, licet enim nec lege divinâ nec lege Naturæ prohibitum sit Imperium Muliebre, aramen eas Regiæ Successionis haud capaces assero, nisi consuetudo jus aliquod particulare iis largiatur per tradita. *Tiraq. de primog. quest. 10. Cabor. 1. disp. C. 15. Burchar. de Neukirch in dissert. de Justit. Belli & Pacis in statu Regni Portugal. fundatâ sect. 2. Art. 1. quest. 3. * Quemadmodum autem, ubi solus primogenitus succedit, reliquis fratribus alimentariam portionem assignare tenetur, ut supra Discursu 3tio n. 14. insinuavi, ita quoque suadet humanitatis ratio, ut filiabus, ubi Hæredes esse non possunt, conveniens dos constituatur. * A Successione Regali si fœminæ removeantur, pariter masculi ex fœminâ descendentes exclusi censentur, & pro certissimâ regulâ habetur ex fœminâ prognatos ab eo jure, graduque repelli, à quo fœmina ipsa submoventur. *Tiraquel de primog. quest. 12. Cabor. 1. Disp. Cap. 21. * Dixi supra n. 6. fœminas regulariter Successionis esse incapaces, multa etenim inveniuntur Regna in quibus ex speciali consuetudine fœminæ succedunt, & talia Regna non pro gentilitiis sed Hæreditariis aut secundum quid, aut merè talibus censenda sunt. * Ac in hisce Regnis Primogenitura Jus ad fœminas quoque extendendum omnino est. *Post Tiraquel. Beejus G. 8. f. 474. eadem enim ratio in fœminarum, quæ in masculorum, Successione militare videtur, ne scilicet Regna & Provincia in plures divisa Partes, cum subditorum, tum publicæ salutis****

- * 11 periculo debilitentur. * Ita pariter primogenitæ filiam Matertera pot-
 * 12 tiorem dicerem cum *Basf. dist. cap. fol. 464.* * Secundò consuetudine gen-
 * 13 tium excluduntur extra matrimoniali venere procreati, id quod consue-
 * 14 quæ sunt, mutandorum potestas, & hæc quidem * in Regnis legitimis
 & secundùm quid quoad 1. 2. & 3. Gradum Hæreditariis absolutè vera sunt,
 in merè & quoad 4. Gradum Hæreditariis absolutè spurii voluntate Patris ad
 Imperialem dignitatem forsan ascendere possent, sicut testante Historiâ
 * 15 Alphonsus in Regno Neapolitano, propriâ ipsius virtute acquisito, Hæ-
 redem instruit Ferdinandum ex Concubinâ suâ Valentia susceptum. * De
 Legitimitatis per subsequens Matrimonium intricata occurrit Quæstio: tanta
 enim Matrimonii vis existit, ut qui antea sunt geniti, post contractum
 Matrimonium legitimi habeantur, ac his in omnibus ac per omnia acqui-
 * 16 rentur, spurio quoque à Patre per subsequens Matrimonium legitimo, ma-
 rita & insignia Patris competere tradit, *Boer. 2. de Regal. num. 29.* * In-
 terim tamen distinctione opus esse puto, an scilicet Spurio sit Legitima-
 tus per subsequens Matrimonium existentibus aliis filiis ex legitimo thoro
 natis? & tunc spurium talem non obstante Legitimatione in præjudicium
 legitimè Natorum ad successionem admitti non posse neque talem legiti-
 * 17 mationem ad eum effectum retrorahi sustineo. *Tiraquel. de primog. quest.*
 * 18 34. *Molina ad Conf. Paris. §. 13. gl. 1. num. 35. Betsius C. 9. fol. 574.* * Si
 verò spurius legitimitur per Matrimonium subsequens nullis aliis legitimè
 * 19 natis extantibus, putarem illum Hæreditatis Regiæ capacem esse, si ni-
 mirum ex fœminâ pari cum Patre generis splendore fulgente suscitatus esset,
 * 20 * aliud enim foret, si Mater spurii genere foret inferior Patre, ac ejus
 dignitati & statui indigna. Et ejusmodi Matrimonia ad Morganaticam aut vo-
 * 21 cant, contrahi solent. * Ex facto proprio non succedunt imò renuntia-
 ti, sive qui Jus Successionis repudiârunt, unde Primogenitus, qui re-
 * 22 nuntiavit Successioni Paternæ, non succedit, * ejus filio tamen, modo an-
 te talem renuntiationem à Patre factam legitimè natus fuerit, Jus Succes-
 * 23 sionis illæsum manet, cum nullus possit renuntiare statuto seu consuetu-
 * 24 dini in tertii, sive filii, sive extranei detrimentum * Filio autem post nato
 repudiationem Successionis Regiæ à patre factam nocere evinci videtur ex
 * 25 rationibus, quas allegat suprâ Discurs. 3tio n. finali laudatus *H. Piff. lib.*
 * 26 2. *quest. 7. num. 42. & seq.* id quod in Regnis merè hæreditariis quidem susti-
 * 27 neri possent; * ast in Regnis legitimis, utpote quæ ex providentiâ majorum
 * 28 transferuntur, contraria Sententia videtur certissima, * idem in regnis
 hæreditariis secundùm quid saltem quoad 1. 2. & 3. Gradum dicendum foret,
 in his enim ex contractu populi non tantum parentes, verùm & futu-
 * 29 ros liberos concernente, aut ex longævâ consuetudine, certis cautionibus
 * 30 defertur successio. * Secundò Religionis assumpserunt, aut statum Ecclesia-
 * 31 sticum amplexi sunt. Dignitas etenim Regalis territorio cohæret. * Li-
 * 32 centiâ tamen & dispensatione Pontificiâ impetratâ à priori professione resi-
 * 33 lire, ac si alii non adsint Agnati, in Regno succedere possunt. * Si verò
 * 34 Catholicâ Religionem abdicatâ Reformatam vel Evangelicam amplexus uxori-
 * 35 rem ducat, non modo beneficio carebit, verùm etiam Regiæ Successio-
 nis manebit incapax. Caractèr enim Ecclesiasticus extingui nequit, adeo-
 que in statu, quo erat ante mutatam religionem, quoad Successionem
 manebit.

DISCURSUS SEPTIMUS

D E

Tutelâ Regiâ.

* **C**um sapiens eveniat, Regem, qui successionis Jure principatum con-
 sequitur ob lubricam aratem negotia publica in utilitatem ac commo-
 dum subditorum tractare non posse. Hinc Gentium moribus tutela invaluit,
 & quidem * In Regnis legitimis (idem sentiendum puto de Regnis secundum
 quid quoad 1. 2. & 3ium gradum hæreditariis) ex ipsâ lege defertur Agnato
 proximo. * In Regnis merè aut secundum 4tum gradum hæreditariis autem
 tutor testamentarius à Patre datus prævalebit. * Sed an Matri Regis impube-
 ris tutela defertri possit & debeat? non omni dubio carere videtur. Sunt enim
 Politici inter quos Lipsius *monit. polit.* 1. c. 4. Qui tutelam à Matre adhibito
 prudenti aliquo senaru, gerendam è re esse putat. Cum proceres Regni eli-
 gisit anceps, & si unus sumatur, ceteri offendantur ut spretri, & hic forsan
 proprias cogitet opes. Si plures, vix evadere contingat factiones & turbas.
 * Verùm Matri in Regnis, legitima quæ sunt, nullum tutelæ Jus, saltem
 quoad Administrationem Regni, competere mihi videtur certissimum,
 educationem tamen personæ Regiæ ipsi commitrendam esse non dubito.
 * Ast in Regnis tam secundum quid quam merè hæreditariis Matri non modò
 tutelam quoad Principis personam, verùm & quantum ad Regni administ-
 rationem, unito tamen in hæc re consilio proximorum Agnatorum, compe-
 tere sentio. * Nullo autem nec legitimo nec testamentario tutore existente,
 Tutor ab ordinibus Regni dari poterit, illorum enim est saluti Regni prospice-
 re. * Finitur tutela Regia cum Princeps aratem legitimam adeptus sui
 Juris efficitur. Quanam verò legitima dicatur aras? generaliter definitum
 non est, neque hic in Jure Civili, quæ de hac materiâ extant leges, locum
 capiunt, ac iniquum foret, ob incommoda, quibus obnoxium plerumque
 est Regnum tutelare tantum numerum annorum exigere. * Quare hic singu-
 lorum Regnorum leges fundamentales & consuetudines rem decident. Nul-
 lis autem legibus de hæc re extantibus * Rex pubertatè adeptâ, utpote de
 Jure naturæ arate legitimâ, à tutelâ liberabitur; & negotia Regni, quæ à
 suo tutore alieno nomine & ministerialiter administrata erant, proprio & Ma-
 jestatis Jure tractabit. * Cæterum Princeps Minor regens pro majore habetur,
 ac usu & Jure Camerali in Jus vocari potest, propter Consiliarios nempe, quo-
 rum Consilio omnia agere censetur, & quibus ideo, quod minuit aras,
 Consilii supplet plenitudo. Restitui tamen potest, si fuerit læsus. *Rurg.*
Ruland, decis. Jur. controvers. 5.



D

DIS-

DISCURSUS OCTAVUS

D E

Confraternitatibus sive Pactis Successoribus Personarum Illustrium.

- * 1 * **I**N Hæreditariis quemadmodum Regnis non infrequentes sunt Adoptio-
nes & testaments, quibus stabilis successio conservatur, ita in Imperiis,
quæ legitima sunt, ut successio Regni eò magis integra servari queat, Pacti-
ones de invicem succedendo, ut nimirum unius stirpe extinctâ ad alterum Pa-
trimonium & Principatus certâ successione lege perveniat in casu deficien-
tium legitimorum hæredum inventâ, novisque Gentium moribus tertium
hæredum genus prodiit Conventionalium scilicet, quod veteribus Iâis vel
incognitum vel exosum fuit. *Gail. 2. obs. 127. ubi Bernb. Grævæus. Webner in*
- * 2 *præf. observ. de V. s. verbo: Erbëinigung.* * Hoc modo Pacifcentes dicuntur
Fratres & Hæredes Conventionales, Germanis, à quibus præcipuè hæc Ju-
ra domestica frequentantur, Erbverbrüderete. Erbëreinigete. Item Erbver-
wãndte. Pactum ipsam, Confraternitas. Erbverëinigung. Erbverëtrag. Erbs-
v. rbrüderung. * Ratio summa & principalis hujus Juris Gentilitium quoad
- * 3 Pacifcentes, tum eorum subditos atque adeo universi Imperii Corpus est fam-
iliarium conservatio & Imperii tranquillitas, subditorum etenim salus &
substantia à Dominorum incolumitate dependet, & eorum vel maximè inter-
est, ne peregrinis Dominis subjiciantur. *Muscul. de Confrater. concl. 19.*
- * 4 * & hinc subditorum consensus minimè omittendus est, præcipuè si de po-
tenti aliquâ provinciâ agatur, cujus subditi & incolæ adversus ignotum &
- * 5 ipsis inivitis abstrusum armis se tueri possent. *Besius. c. 5. fol. 125.* * Ut & su-
perioris, si quis est, confirmationem accedere debere volunt. *Gail. 2. obs. 127.*
- * 6 *n. 5.* Et quidem Generaliter * In imperii Feudis consensum Imperatoris requi-
ri expeditum videtur, id quod in * Alodialibus Principatibus æquè necessã-
rium puto, pactum enim Confraternitatis mutuam defensionem, ut *n. seq.*
- * 7 latius dicitur, infert, & Princeps superiorem recognoscens bellum alteri
inferre aut alii militari manu assistere sine superioris assensu haud potest.
- * 8 * Præcipuus Confraternitatis effectus consistit in mutuâ successione, & de-
fensione; illa propria Confraternitatis, hæc communis cum ligis & fœde-
ribus, * Successio in eo est, quod alterius stirpe extinctâ ad alterum Princi-
patus hæreditario quasi Jure devolvatur, nam Principes hoc modo contrahen-
tes perinde habentur, ac si legitimi & naturales fratres essent, unâ progeni-
torum agnatione producti, * Et hunc effectum ratione successione exem-
pla superiorum temporum inter Austriam scilicet & Bohemiam, Duces quoque
- * 9 Saxoniz inter & Hennenbergicos Comites sufficienter declarant. *Muscul. d.*
- * 10 *D. concl. 47.* * Ad defensionem pertinet, quod focii hujus juris successorii confœ-
derationis lege ad mutua invicem auxilia, sociasque militares præstandas
- * 11 teneantur. In tantum, * Ut confœderatus hostes sui confœderati punire,
iisdemque nec refugia, nec receptus ullos, nec auxilia obtretatoribus
- * 12 præstare possit, necessè tamen est, * Ut Confrater maturè requiratur, & ne
- * 13 Bellum non necessarium, aut ob privatum commodum sine focii Consilio,
aut injustum moveatur, talis enim pactio defensionem intendit, non ultio-
nem. * Neque confœderatus auxilia sumptibus propriis, nisi aliter conve-
nerit, præstare, aut extra provinciarum confœderatarum limites assistere
- * 14 tenetur. *Gülden de Confratern.* * Quod si verò quis cum pluribus Confrater-
nitatem
- * 15

nitatem contraxerit, illique invicem bellum gerant, cui assistere oporteat? non ita expeditum est; aliqui deferendum tempori, & semper ligam secundam sine præiudicio prioris factam esse, aliqui econtra nulli assistendum, nec sine ratione auxilium denegari posse putant, * Ego, salvo saniori, circumstantias temporis ac salutem Patriæ attendendam, atque secundum eas agendum esse, existimo. * Ad effectus Confraternitatum quoque pertinet, quod si Homagium à subditis præstetur Principi confœderato, id concipiatur simultaneè in personam alterius, quæ tamen præstatio, naturali Domino vivente, subiectionem non importat, neque Jurisdictionem in subditos Principi Confœderato tribuit, * Nisi pacto illud, & quidem consilio subditorum specialiter cautum foret. * Etenim per Confœderationes seu Confraternitates Principum Juri Vassallorum & subditorum præiudicari nequit. Neque subditi utuntur Privilegiis istius Principatus, cui per Pactum hoc gentilitium adhaerent, nec statuta unius porrigunt effectum ad Territorium alterius *D. Güten de confraternit. & Muscul. concl. 52. 53. 54.* * Est & denique hic pacti gentilitii effectus, quod etiam successores obliget, cum præsumantur ejusdem esse voluntatis cum prædecessoribus *Muscul. concl. 55.* * Contraria confraternitarum sunt, quæ vel constituendas impediunt vel constitutas dissolvunt. Ad illa potissimum pertinere videtur * Morum & Religionis disparitas, metuendum enim, ne Principatus successione per mortem alterius contrahentium ad infidelem, Peregrinum, Hæreticum, delatæ, subditis perversa religio cum salutis dispendio imperet. * Aliud foret, si de religione & moribus servandis in pactis expressè cautum sit, * Confraternitates jam modò constitutæ, etsi à Principibus id agatur, ut in perpetuum valeant, magisque ob confirmationem Cæsaream in vim legis ac Privilegii atque Juris publici teneant, ob causas tamen justas & necessarias dissolvi tollique possunt, scilicet, si ira injuriosus auctamnosus confrater, ut non expediat cum pati. *Muscul. concl. 60. & ab eo allegati.* * Aut si conditio, sub quâ inita, non præstetur, vel eâ re frui non liceat fratri, cujus gratiâ principaliter contraxit; ut si denegetur defensio sine justâ causâ, si fiant alienationes immodicæ inconsulto & invito fratre in fraudem pactiois, si mutationes insignes & dilapidationes fiant? hanc etenim conditionem pactum hoc instar altarum Conventionum in se habere videtur *Menech. conf. 27. n. 47.* * Usque adeo, ut ne Juramenti quidem vel confirmationis imperialis adjectio conventiones aliter operari faciat, quàm rebus sic stantibus. *c. veniens. c. quemadmodum de jurisd.* * Dissolvitur denique Confraternitas, quando unus ex confœderatis est æmulus alterius aut capitalis hostis, vel aliâ ratione leges confraternitatis factio suo & perfidiâ malitiosè oppugnat. Nam fragrantem fidem & fides frangatur eidem, quod ad fidem quoque juratam extendant *Bart. & Lucas & alii.* * Controversiæ autem Judiciales pacem non rumpunt neque confraternitatis legem. Coronidem huic parti primæ imponit



DISCURSUS NONUS

Quo Judice, & quibus legibus contro- versia de Regali Successione subortæ dijudicentur.

- * 1 * **R**egna, quia jam olim Jure gentium fuerunt introducta, idcirco Jus hac in parte, ut est in omnibus Juris Publici Quaestionibus, ante omnia ex legibus singulorum populorum hauriendum, & magis Jus ipsius
- * 2 Regni, quam quo aliae gentes utuntur, spectari debet. * Per Jus autem non modò hic intelliguntur leges scriptae, verùm & consuetudo & observantia, atque secundùm hæc de successione occurrentes quaestiones decidendæ
- * 3 sunt. * Quis autem Judicis munere hic fungatur? non ita expeditum videtur. Alii enim arbitrium aut alterius Regis, aut Regni Optimatum eligere,
- * 4 alii vero Bellum malunt. * Ego in Regnis absolutis, & nullum superiorem recognoscentibus temporis, & praesentibus rei circumstantiis deferendum, & pro earum diversitate Partibus consulendum puro, id quod ad expertos
- * 5 rei quæ politicæ gnaros spectat Consiliarios. * Si verò controversia de Regnis, quæ alium superiorem recognosceunt, oritur, superioris erit eam definire, sicuti enim communi Feudorum Jure Dominus puratur Judex in controversiâ inter Vasallos, ita Rex seu Imperator inter Regalem dignitatem obtinentes
- * 6 res *jas. in tr. feud. p. 11. n. 6.* * Quòdque subdelegare, Vicarium constituere, atque Assessorem sumere possit, quem velit, etiam non habentem feudalem vel regalem qualitatem aut dignitatem, pluribus ostendit *Schrad. tr. feud. p. 10. sect. 1. quest. 15. n. 1. & 21. sect. 13. quest. 1. n. 3. & 9.* * *Quin & Assessorem sumere non est cogendus Schrad. dict. sect. 13. quest. 2. n. 46.* * Nisi per constitutionem aut alio usu longævo aliud fuerit introductum, *Laud. Schrad. p. 10. sect. 2. n. 43. sect. 13. quest. 2. n. 52.* Hæc de Regnis successiois dicta sufficiant. Sequitur

PARS ALTERA

Quæ est

De Regnis, Suffragioque deferuntur.

DISCURSUS PRIMUS

Qui qualitatem duplicem Regnorum Electivorum exponit.

- * 1 * **D**E Regnis, ubi Electio prævalet, dum differere intendo, Materie dignitas ampliorem quidem exposlularer elucidationem, ac de Imperio nostro Romano Germanico, urpote inter Regna Electiva præstantissimo, in specie discurrendum, & quomodo in hoc fiat Electio Imperatoris, ejusque inthronisatio, multa dicenda forent

rent , at * cum nec Inſtituti Ratio , neque temporis anguſtia id permit- * 2
rant , hæc quoque Materia ab Authoribus Publiciſtis , Pfeſſingero &
Struvio aliſque ſuſius tractetur , hinc , prout hæctenus incepti , genera-
liora omnibusque Regnis Electivis communia examinaturus dico : * Reg- * 3
na Electiva alia eſſe voti liberi , alia voti reſtricti . * Electiva voti liberi * 4
tunc intelliguntur , ubi non modò incolæ ſed & Peregrini ad Regnum af-
ſumuntur , neque Electio certæ Familiæ eſt Familiæ , unde tamen inferri
poſſe non Judico : quod * quiſcunque etiam ex plebe in Regem eligi va- * 5
leat , licet enim olim Poloni ſuum Piaſtum , Bohemi Primislaum , Bam-
bam Hiſpani &c. in Reges aſſumpſerint , mutato tamen orbis ſtatu indig-
num & omnino periculoſum foret plebeium ad gubernandum populum af-
ſumere , neque ab aliis Regibus facilè pro Rege agnoſceretur . * Electio * 6
Voti Reſtricti eſt , quæ vel certæ Familiæ alligata , aut certâ conditione
limitata , quamvis autem * in omnibus fere Regnis Electivis proximorum * 7
agnatorum deſuncti ratio plerumque habeatur , attamen ex eo Regnum
haud Electivum eſſe , non rectè concluditur , id quod ad eum Caſum quo-
que extendo * ubi ex Domo Regiâ deſuncti neceſſariò Princeps (nullâ * 8
tamen gradûs aut lineæ prærogativâ attentâ) ſumi debet , manet etenim
Electio libera , licet reſtricti Voti .



DISCURSUS SECUNDUS

D E

Modo & Conditionibus Electionis.

Nihil pernicioſius in republicâ haberi , quam Electionem , ſi certis li- * 1
mitibus legibusque circumſcripta non ſit , evidens viderur . * Et * 2
quidem , qui omnibus imperat , ab omnibus eligi debere , Col-
ligitur . Ex *Cap. 29. de R. 7. in 6to.* attamen nihil ſalubrius ad bella civi-
liâ declinanda excogitari poſſe politici volunt , quàm * ſi multitudini * 3
non tam populi , verùm & optimatum pluralitati , Principis creandi pote-
ſtas cripiatur , & certus Electorum conſtituatur numerus , qui nomine
reſiquorum Principum omniumque ſubditorum Regem eligant , quem pu-
rent digniſſimum , id , quod * plerumque Jure-jurando promittere co- * 4
guntur Electores , prout fieri in Electione Romani Pontificis teſtatur . *Sleidan.*
lib. 21. & Germanorum Imperatoris per A.B. Caroli 4ti. * Quoderiam Jura- * 5
mentum Electores ſibi invicem remittere nequeunt , cum publicum contineat
favorem . * Electio ipſa variis modis , prout nimirum in Regnis viget * 6
obſervantia , vel ſtatutum , peragi poteſt , ſic Pontifex Romanus eligitur
per Scrutinium , aut acceſſum , aut adorationem . Econtra vivâ voce ab
Electoribus renuntiatur Imperator , atque ibi * ipſam ſuffragationem * 7
Electione nullatenus diſtinctam eſſe dico . Sunt autem aliqui * inter quos * 8
Kirchnerus , Eberhardus à Weihe aliique qui ad Electionem ſortem refe-
runt , verum illam * in ſtatu tantùm populari , ubi ratio æqualitatis , Electio-
nis & certî Conſilii excludit rationem , admittendam eſſe putò , niſi aliter
omnino convenire Electores non poſſent . Ubi autem Electio ſit vivâ voce
non ſcriptis , * cam ab Electoribus non ut Collegio ceu unâ perſonâ Ci- * 9
vili vel Myſticâ , ſed ab iſdem ut ſingulis ſeu perſonis pluribus peragi , ſen-
titi , cum *Strauchio diſſert. 2. th. 2.* Electio etenim eſt actus immaterialis &
individuus , & tot ſunt individui actus electivi , quot ſunt perſonæ vorantes ,
D cum

- * 10 cum singuli in solidum eligant. * unde fluit, quod si in Collegio, ubi novem sunt Electores, tot vota seu electiones partiales concurrant in unâ personâ, ut majorem partem efficiant, hæc electa censetur, * neque majoritas est demerenda habito respectu ad totum Collegium, sed ad singulos eligentes; sic in casu, ubi novem Electores adsunt, & quatuor elegerunt titium, tres Cajum, & duo sempronium, titii Electio erit
- * 12 valida. *Henniges in notis ad Beckeri Synopsis §. P.* * porro sicuti in Regnis Successoribus non admittuntur dementis furiosi &c. ita quoque à Regnis Electivis excluduntur, idem dicendum de natis ex illegitimo thoro, de foeminis, de ecclesiasticis, de atheis & hæreticis &c. * Circa ætatem verò cujuslibet Regni consuetudines legesque fundamentales erunt inspiciendæ, Sicut in Imp. Nostro R.G. ætas 18. annorum per *Capit. Joseph art. 47.* præfinita est. * Nullis autem legibus extantibus putarem arbitrio Electorum id esse relinquendum. * certa denique capita, modum regendi concernentia, Electo, vel ante, vel in ipsâ electione, ad evitandum Regimen despoticum, plerumque proponuntur, quæ à se observanda jurato
- * 16 appromittat, ac * Capitulationis, si nimirum hæc objective sumatur, nomine venire solent. Capitulatio autem, si sumatur * formaliter, est tractatio in certa capita sub eventum delati regiminis spondenda. Quæ tractatio si effectum suum per actualem Regis sponsonem sit sortita, dicitur
- * 18 * Capitulatio in sensu eximio, ac nihil aliud est, quam libera sponsonem nec electi Regis, Electoribus pro se & nomine Regni Ordinum facta in certa capita, scripto comprehensa, de modo regimen pro statu & communi salute exercendi, juramento obsignata. Unde infero * Capitulationem propriè legem non esse, causa etenim efficiens sunt Electores, qui legem ferre non possunt, tam ob deficientem qualitatem majestaticam, quæ tamen requiritur in legislatore, quam respectu subiecti passivi, Regis scilicet, qui nec subditus est, nec invitus, sed liberè spondens. * Neque est Pactum seu conventio, pacifcerentur enim Electores super re non suâ, de modo nimirum exercendi majestatem, quæ ad populum non pertinet,
- * 21 cum immediatè à Deo in Regem transferatur. * Ac explodenda sit illorum sententia, qui duplicem sustinere conantur majestatem, realem scilicet, quæ Regno perpetuò adhæreat, ac personalem, quæ in personâ Regis resideat, ac cum eâ expiret. Etenim * Majestati repugnat habere parem aut superiorem. Et penes rempublicam majestas tantùm ministerialiter residet.
- * 23 * Necessitas autem spondendi in Capitulationem non arguit Aristocratiam, sed manet Monarchia, licet modificata. Neque majestas ipsa limitatur, sed solummodò effectus ac illius exercitium. Concludit hanc partem alteram.

DISCURSUS TERTIUS

D E

Interregno.

- * 1 * **Q**uoties enim Imperium electivum vacare, aut actualem Regem absentem vel præpeditum esse contingit (ne Anarchia oriatur, aut neq̃ goria publica deserantur) Inter-Reges sive Vicarii aut Provisores Regni sunt constituendi. * Imperium autem vacare potest tribus modis: morte nimirum, aut renuntiatione, aut privatione. De * morte & quidem naturali nullum extat dubium, morte autem, civili per ingressum nimirum in regnum
- * 2
* 3

ligionem regnum vacare docet *Reinck; de R. S. & E. lib. 1. class. 3. cap. 2. in fine*,
 et probat hoc exemplo Imperat. Lotharii, qui monasterium prumiente in-
 gressus est. * ad renuntiationem autem à Rege faciendam requiri consen- * 4
 sum Regni ordinum aut saltem Electorum, ac Regnum pacto deferri, quod
 non nisi mutuo pacifcentium consensu resolvi possit, tenet. *Siruv. in syntagm.*
7. P. c. 13. §. 8. & 9. * contrarium mihi videtur verius: quod absque * 5
 causâ & consensu ordinum Regni abdicare Imperium Rex possit, cum *Neuman*
ad Suveder. cap. 32. Ita tamen * ut non intempèlivè & uno velut momento * 6
 fiat abdicario, sed congruâ morâ, ad deliberandum de futuro Successore
 datâ; Rex enim summam potestatem non ita vincula vit, ut ad totius vitæ
 tempus hanc dignitatem retinere cogatur. * Tertius modus, privatio scilicet * 7
 majoris est difficultatis. Regem etenim semel legitime electum degrada-
 ri vel exauctorari non posse puto ex eo, quia nemo in eum habet potestatem,
 sed tanquam summus imperans solus, & summâ dignitate & potestate supremâ
 fulget. adeò que dicere malo * illum factio suo proprio, Regno cadere, si * 8
 nimirum omni ex parte summam Imperantis personam exueret, animo ho-
 stili in populum ageret, eversionem totius reipublicæ intenderet, atque de
 his omnibus liquidissimè constaret, nec ullo alio modo huic malo consuli
 posset. * alias etenim Imperium in tyrannidem, & potestas regnandi, in * 9
 Imperii emolumentum introducta, in ejus detrimentum verteretur. * non * 10
 tamen qualibet facta, nec unum alterumque actum, nec plures, qui officio
 Imperantis, & capitulationibus adversantur, sufficientem causam, ut Rex
 Regno excidat, præbere possè puto; nam, licet perjurium Deum vindicem
 provocet, at tamen obligationis à statibus contractæ nexum non tollit. * Quis * 11
 autem de his causis cognoscere queat? nondum expeditum videtur; aliqui
 facultatem hanc Romano tribuunt pontifici, * aliquid verò toti Imperio sive * 12
 Regno cognitionem super his causis attribuunt. *Vid. Siruv. syntag. Jur. publ.*
cap. 13. §. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. interim iudicio doctorum me submittere
 hac in quaestione eò magis cogor, cum decisiones privatorum res hæc refu-
 giat. * vacante prædictis modis Regno Electivo, tota potestas saltem * 13
 ministerialiter, non verò formaliter, ut discursu præcedente dixi, ad
 Regni ordines redit, & ab hisce Vicarii, sive certi Regentes, qui nomine
 omnium Regnum administrant, constituuntur, donec alius in locum decessi
 surrogetur Successor. * si verò contingat Regem esse absentem, aut alias * 14
 præpeditum, ad illum pertinebit Vicarium sive pro Regem designare, qui
 Regis nomine Regiam summam exerceat potestatem. * nisi aliud observan- * 15
 tiâ inductum aut legibus fundamentalibus cautum fuerit, qualiter in Imp.
 nostro R. G. de quibus *vide Siruvium in syntagm. Jur. publ. cap. 13. examinatis*
 & absolutis saltem generaliter Regnis tam Successoriis, quàm Electivis viden-
 dum jam est de qualitatibus, quæ utrisque communia sunt. de quibus sit



PARS TERTIA

QUÆ

*Communia electivi & successorii
Regni recenset.*

DISCURSUS PRIMUS

DE

*Inauguratione seu Consecratione
Regum.*

- * * * **I**nitium tam electivi, quam successorii principatus certis plerumque
 * 2 symbolis insignitur, qui actus vocatur : * Inauguratio, ac est so-
 lennis commissio sive traditio Imperii, quâ in possessionem Rex novus indu-
 citur *Hænon, disp. polit. 3. tb. 33.* cum nimirum novus Princeps in publico
 sistitur & proclamatur, cum insignia Regia ei traduntur, cum factis
 * 3 initiatur publicè in templum deductus, cum cives vel oprimates ei subjec-
 tionis Juramentum præstant &c. * ejusmodi modus inaugurandi antiquissimus
 existit, & in populo Dei frequenter admodum usitatus fuit. hodie pro va-
 rietate populorum ritus inaugurationis quoque variant, de Imp. R. G. *videatur*
Sirvius cap. 7mo. Inaugurationem Regum Gallie describit Sleidan. lib. 19. circa
 * 4 *med. tillet au recueil des Roys fol. 259. & in annor. fol. 119.* * Inaugurationem
 autem, solennitatem tantummodo extrinsecam esse, neque principatum &
 imperii potestatem neo electo seu successorii tribuere certissimum videtur.
Pauc-Meister de Jurisd. 2. c. 4. n. 4. Nuscus de success. anomal. Memb. 1. ad fin.
 * 5 *fol. 49. Pelzborver arcanorum status lib. 4. §. 16.* * ac de Pontifice Romano,
 quod ante Coronationem verus sit Pontifex, & omnia administrare possit,
 existit *Can. in Nomine Domini distinct. 23.* imo Clemens stus excommunica-
 tione notavit eos, qui dicere audent : Pontificem non posse, priusquam
 coronatus fuerit, ea facere, quæ post Coronationem per *extrav. com. ult.*

DISCURSUS SECUNDUS

DE

*Contractibus antecessorum, & an Succes-
sores Constringant ?*

- * 1 * **P**incipem etiam summum promissis suis, de Jure naturæ teneri, ac
 aliàs Principum fidem nunquam satis tutam fore, omni dubitatione
 caret; ex quo videtur inferri, quod Successor prædecessoris factum
 præstare, ac contractus ab antecessore initos non modò ratihabere, ve-
 * 2 rum & adimplere debeat. * distinctione interim opus est inter Regna
 Hz.

Hæreditaria, gentilitia, & electiva. Et quidem in Regnis tam merè quàm
 secundum quid hæreditariis Sententiam hanc procedere absolutè puto, cum
 hæreditaria sit qualitas: Successorem non admitti hæreditate alioiali anre-
 cessoris repudiata, extraneus quòque Rex ex Testamento aut alio modo suc-
 cedere volens ad præstandum factum antecessoris teneatur * modo non * 3
 id ipsi regno nimis magnum inferat detrimentum, non enim Regnum, eti-
 amli hæreditarium foret, ita pari jure cum Principis patrimonio æstima-
 ur. *Cabor. 2. C. 12.* ut tanquam re sua eo ad libitum abuti queat, nam
 salus subditorum semper prævalet. * In Regno Gentilitio, ubi ex pro- * 4
 videntia antecessorum & ex beneficentia familia quis succedit, patrimo-
 nialibus conventionibus haud obligatur, sed iis solummodo est obstrictus, * 5
 quæ ex natura officii Regii inita fuerunt, unde ab ejusmodi saltem credi-
 toribus conveniri potest, qui pro Regni necessitate & utilitate, pro illius
 scilicet defensione & incremento, aut in usus necessarios, utilesque alios
 pecuniam mutuo dedere defuncto *Cabor. 1. cap. 14. Tiraguell. de primogen.*
quest. 35. n. 19. Gail. 2. obs. 154. Peregrin. de Jur. Fisci. lib. 2. fol. m. 109.
 * bona enim primogenitura subjecta alienari nequeunt, ac is, qui pri- * 6
 mogenituram constituit, ea omnia expressè voluisse ac sancivisse censetur,
 quæ sunt propria ac naturalia primogenitura, nimirum, ut bona ipsa in-
 tegra, & sine aliqua diminutione gradatim de primogenito ad primogeni-
 tum transferantur. *Besjus de pact. faml. c. 8. fol. 476.* * id quod ad pri- * 7
 vilegia concessa aliosque contractus extendendum nullatenus dubito, nisi
 cum consensu primogeniti & agnatorum concessa forent. * in dubio au- * 8
 tem semper præsumi pecuniam in Regni usum esse conversam, & proinde
 etiam Regium ex lege Successorem, factum Principis antecedentis Prin-
 cipali Nomine peractum, ejuslicet hæres non existat, nihilominus ratiha-
 bere debet, sunt qui astruere conantur ex ratione: quòd aliàs nemo cum
 Principibus contrahere possit, ac insimul publica fides, dignitas, hono-
 risque Principalis collabatur. * In Regnis Electivis, non secus, ac de * 9
 Successore legitimo dictum, ex prædecessoris contractu obligatur, si officii
 seu dignitatis ratione is celebratus fuerit, ita ut non modo æ alienum propter
 onera Principatus incumbentia contractum, Successor electus solvere, &
 contractum aut promissionem justam ac æquitate innixam observare teneatur
 indistinctè nullà habitâ consideratione, quibus verbis, sive quâ for-
 mâ illud debitum contractum fuerit. *Vid. Prückman §. soluta potestas 2. Membri*
cap. 4. effect. 2. fol. 389. norandum tamen videretur, quòd si Rex electus
 vi Capitulationis nequeat contrahere, aut privilegia concedere absque con-
 sensu ordinum Regni, hic requirendus sit, pariter, si contractus ineun-
 dus aut privilegia concedenda in diminutionem Regni & Regalium reudu-
 m tendrent. Finem parti 3tia imponit.



JK Th 4762

VD18
X 3577391

8 (18) 50

DISCURSUS TERTIUS

Qui Quæstionem :

An summis Principibus ante eorum Ex- cessum futurus Successor designari possit ? explicat.

* 1 **V**etus hæc est Quæstio & in utramque partem à multis disceptata. Et qui-
dem in Regnis Successoribus Regem sibi vivo successorem, etiam subditis
* 2 invitis, constituere posse, certum esse videntur. * At in Regnis,
quæ electione deferuntur, Princeps invitis civibus Successorem nullatenus
* 3 nominare potest. * In his enim Regnis, mortuo Rege, liberum est
* 4 Reip. formam instituire velint. *Arniseus 2. pol. c. 3. fol. 457.* * in impe-
rio autem successivo Majestatis crimen contraheret, qui de murando rei-
* 5 publicæ statu cogitaret. *Cabot. 1. disp. c. 14. ad fin.* * ac tanta vis est Ju-
ris jurandi, legisve illius fundamentalis, quâ primùm perpetua successio
Regni alicui familiæ delata fuit, ut Successorem pro Rege agnoscere non
* 6 voluntatis sed necessitatis existat. * Invito autem Regi, qui à Successio-
ne jus suum habet, Successor à subditis nullatenus designari potest, ne-
* 7 que * Regi electo invito aliquis ab Electoribus adjungi potest per tradita.
Buxtorff diss. ad 16. priora A. B. capita tb. 12. in fin. generaliter tamen id ve-
* 8 rum esse non puto, * nam si justæ adessent causæ, decrepita nimirum ætas,
diuturna ex Imperio absentia, aut si Regi furor, aut alius morbus,
qui ipsum à Regni administratione impediret, aliave gravis necessitas, ex
quâ Regni vel Imp. incolumitas dependeret, superveniat, ipsi Regi etiam
invito Successorem ab Electoribus seu Regni ordinibus designari posse non
* 9 dubito, * commodum enim Reip. prævalet Interesse privato Principis,
neque per hoc, quod Successor futurus designetur, ipsi aliquid majestatis
* 10 aut juris decedit. * Et Successor potestatem suam non exerceat, nisi
Rege impedito, quæ potestas aliàs Regiæ potestati est subordinata. *Vid.
Capit. Nov. Car. 6ti Art. 7.* Hæc sunt, quæ de Regnis tam quæ Successio-
ne, quàm quæ Electione transferuntur, pro ingenii mei modulo exponere
ausus sum, in quo tam illustri argumento, si quæ omiſsa aut perpe-
ram posita sint, pro tuo candore, lector amice ! errores corrige, si
faves, habebis obsequentem, nec ingratum. vale.

FINIS.



110



FK.127
19

PK
4762

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE
SUCCESSIONE ET ELECTIONE

REGIA

QUAM

Sub Auspiciis

MACULATÆ

REGINIS

ET

TI JOANNIS

OMUCENI

EX

Venerandæ in Almâ Universi-
Colonienfi Facultatis

Juridicæ

RÆSIDIBUS

s, Clarissimisque Viris ac Dominis,

RNESTO SALENTINO

O CURTIO J. U. DOCTORE

DICTATORE,

NEC NON

O DE MONTE J. U. D.

tatis Fisco, Senatúsque Co-

lonienfis Assessore,

consequendis Juris Honoribus

Publicæ Disquisitioni subijcio

JOANNES WILHELMUS SAUR
COLONIENSIS,

Anno 1730. Die 24 Octobris horis locòque consuets.



Colonie Typis Hæredum PETRI THEODORI HILDEN,
Cum Privilegio Venerandæ Facultatis juridicæ.

Vl. 5

